



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

Textvs Epistolæ Ad Romanos, qui in his Antidotis contra venena hæretica explicantur & tractantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447



TEXTVS EPI-
STOLAE AD ROMANOS,
qui in his Antidotis contra vene-
na hæretica explicantur &
tractantur.

- Cap. 1. 5. **P**ER quem accepimus gratiam & Apo-
stolatum ad obediendum fidei in om-
nibus gentibus, &c.
8. Quia fides vestra annuntiatur in vni-
uerso mundo.
9. Cui seruis in spiritu meo in Euangelio eius.
11. Vt aliquid impertiar vobis gratia spiritualis ad
confirmandos vos.
16. Virtus Dei est ad salutem omni credenti.
17. Iniustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in-
fidem.
17. Ex fide in fidem.
17. Iustus ex fide vivit.
18. Reuelatur enim ira Dei de celo super omnem
impietatem & iniustitiam hominum.
47. Propter quod tradidit illos Deus in desideria
cordis eorum.
- Cap. 2. 2. Scimus quoniam iudicium Dei est secundum
veritatem in eos qui talia agunt.
4. An diuitias bonitatis eius, & patientia, &
longa-

TEXTVVM.

longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit?

6. Reddet unicuique secundum opera eius.
 13. Non enim audaces legis iustificabuntur apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.
 26. Nonne praputium illius in circumcisionem reputabitur?
 29. Circumcisio cordis in Spiritu, non in litera.
Cap. 3. 20. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.
 21. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifesta est. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes & si per omnes qui credunt in eum.
 23. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.
 24. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & c.
 27. Exclusa est gloriatio tua, non per legem factorum, sed per legem fidei.
 28. Arbitramur hominem iustificari per fidem, sine operibus legis.
Cap. 4. 2. Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam apud homines, sed non apud Deum.
 3. Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.
 4. Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.
 5. Qui iustificat impium.

INDEX.

6. Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis,
cui Deus accepto fert iustitiam sine operi-
bus. Beati quorum remissa sunt iniquitates,
7. & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir
cui non imputavit Dominus peccatum.
9. Dicimus quia reputata est Abrahae fides ad
iustitiam.
11. Et signum accepit circumcisionis, signaculum
iustitiae fidei quae est in praepitio.
11. Vt sit pater omnium credentium per praepu-
tium, ut reputetur & illis ad iustitiam.
13. Non per legem promissio Abrahae aut semini
eius ut haeres esset mundi, sed per iustitiam
fidei.
15. Lex iram operatur: ubi enim non est lex, nec
praevencio.
14. Si enim qui ex lege haeres sunt, exinanita est
fides, abolita est promissio.
16. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit
promissio omni semini.
25. Traditus est propter delicta nostra, & resur-
rexit propter iustificationem nostram.
- Cap. 5. 1. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus apud
Deum, per Dominum nostrum Iesum Chri-
stum.
3. Gloriamur in tribulationibus, scientes quod
4. tribulatio patientiam operatur, patientia
autem probationem, probatio vero spem:
5. spes autem non confundit, quia charitas Dei
diffusa est in cordibus nostris per Spiri-
tum Sanctum, qui datus est nobis.

Et. Igitur

18. Igitur sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem; sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vita. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi; ita & per vnus obedientiam iusti constituentur multi.

Cap. 6. 2. Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?

3. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus. Consepulti igitur sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus.

12. Non ergo regnet peccatum in mortali corpore vestro, vt obediatis concupiscentiæ eius.

14. Peccatum vobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia.

20. Quum serui eratis peccati, liberi eratis iustitiæ.

19. Exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

23. Gratia autem Dei vita æterna.

Cap. 7. 4. Vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo.

5. Quum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti.

6. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur; ita vt seruiamus in nouitate

INDEX.

- uitate Spiritus, & non in vetustate litera.
7. Concupiscenciam nesciebam, nisi lex diceret,
Non concupisces.
 9. Ego autem vivebam sine lege aliquando.
 9. Sed cum venisset mandatum, peccatum renixit.
 10. Ego autem mortuus sum, & inuentum est
mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc
esse ad mortem.
 11. Nam peccatum, occasione accepta per manda-
tum, seduxit me, & per illud occidit.
 13. Peccatum, vt appareat peccatum, per bonum
operatum est mihi mortem, vt fiat supra
modum peccans peccatum per mandatum.
 14. Scimus enim quia lex spiritualis est: ego au-
tem carnalis sum, venundatus sub peccato.
 15. Quod enim operor, non intelligo. Non enim
quod volo, hoc ago; sed quod odi, illud facio.
 16. Si autem quod nolo, illud facio; consentio le-
gi quoniam bona est.
 17. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod
 18. habitat in me peccatum. Scio enim quia
non habitat in me, hoc est, in carne mea,
bonum.
 18. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bo-
num non inuenio. Non enim quod volo bo-
num, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc
ago. Si autem quod nolo, illud facio; iam non
ego operor illud, sed quod habitat in me pec-
catum. Inueni igitur legem volenti mihi
facere bonum, quoniam mihi malum ad-
iacet.

Fff 22. Condele-

T E X T V V M

22. Condelector enim legi secundum interiorem ho-
 23. minem. Video autem aliam legem in mem-
 bris meis, repugnantem legi mentis meae, &
 captiuantem me in lege peccati, quae est in
 membris meis.

25. Itaque ipse ego mente seruo legi Dei, carne au-
 tem legi peccati.

Cap. 8. 1. Nihil nunc damnationis ijs qui sunt in Christo
 Iesu, qui non secundum carnem ambulant,
 sed secundum Spiritum.

2. Lex enim Spiritus vitae in Christo Iesu libe-
 rauit me a lege peccati & mortis.

3. Nam quod imposibile erat legi, in quo infir-
 mabatur per carnem, Deus filium suum
 mittens in similitudinem carnis peccati, &

4. de peccato damnauit peccatum in carne; ut
 iustificatio legis impleretur in nobis, qui non
 secundum carnem ambulamus, sed secun-
 dum Spiritum.

9. Vos in carne non estis, sed in Spiritu: si tamen
 Spiritus Dei habitat in vobis. Qui enim
 Spiritum Christi non habet, hic non est eius.

12. Si secundum carnem vixeritis, moriemini.

13. Si Spiritu facta carnis mortificaueritis, vi-
 uetis.

14. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi filij
 Dei sunt.

15. Non enim accepistis Spiritum seruitutis ite-
 rum in timore, sed accepistis Spiritum adop-
 tionis filiorum Dei, in quo clamamus, Ab-
 ba Pater.

16. Ipse

INDEX.

16. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei.
17. Si filij, & haeredes: haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur.
18. Non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis.
24. Spe salus facti sumus.
38. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? Quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, imò & qui resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, & interpellat pro nobis?
38. Certus sum quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, &c. neque vlla creatura poterit nos separare à charitate Dei quae est in Christo Iesu.

- Cap. 9. 11. Quum nondum nati essent, nec quicquam boni aut mali egissent, (ut secundum electionem propositum Dei maneret,) non ex operibus sed ex vocante dictum est: Maior seruiet minori. sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.
14. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit: Moysi enim dicit, Miserebor cuius misereor; & misericordiam praestabo cuius miserebor. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, & ut annuntietur nomen meum in vniuer-

Fff 2. sa ter-

TEXTVVM

18. sa terra. Ergo cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat.
19. Dicit itaque mihi, Quid adhuc queritur? voluntati eius quis resistit? O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?
22. Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ aptata in interitum; ut ostenderet diuicias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.
30. Quid ergo dicemus? Quòd Gentes, quæ non se-
Et abantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam; iustitiam autem quæ ex fide est: Israel verò, sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis.

Cap. 10. 3. Ignorantes iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.

4. Finis enim legis Christus ad iustitiæ omni credenti.

5. Moyses enim scripsit, quoniam iustitiæ quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitiæ, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in calum? id est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare. Sed

6. autem ex fide est iustitiæ, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in calum? id est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare. Sed

INDEX.

7. re. Sed quid dicit Scriptura? Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod predicamus.
8. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.
10. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt?
14. Quomodo credent sine prædicante? Quomodo predicabunt, nisi mittantur?
15. Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi.
6. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem mihi.
- Cap. 11. 2. Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit.
4. Reliqui mihi septem millia virorum qui non curuauerunt genua ante Baal.
5. Reliquæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem ex gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia.
6. Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.
8. Dicit ergo: Fracti sunt rami ut ego inserar.
19. Bene: propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time.
20. Si enim Deus naturalibus ramis non peperci, ne fortè nec tibi parcat.
21. Vide ergo bonitatem & seueritatẽ Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate: alioquin & tu excideris.

Ff 3

29. Sine

TEXTVVM

29. Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei.
35. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?
- Cap. 12. 1. Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationale obsequium vestrum.
3. Non plus sapere quàm oportet, sed sapere ad sobrietatem, vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.
6. Habentes donationes, secundùm gratiam quæ data est nobis, differentes.
6. Siue prophetiam secundùm rationem fidei.
14. Benedicite ijs qui vos persequuntur: benedicite, & noli e maledicere.
- Cap. 13. 1. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi à Deo. Qui autem potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Ideoq; necessitate subditi estote: non solum propter irâ, sed etiâ propter conscientiam.
8. Qui diligit proximum, legem impleuit. Nam
9. non adulterabis, &c. & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.
- Cap. 14. 4. Stabit autem: potens est enim Deus statuere illum.
17. Non est regnum Dei esca & potus.
- Cap. 15. 5. Deus patientia & solatiÿ det vobis id ipsum sapere in aliterutrum secundùm Iesum Christum,

I N D E X.

sum, ut vnanimis vno ore honorificemus
Deum.

15. Audacius scripsi vobis, fratres, ex parte: tan-
quam in memoriam reducens vos.

Cap. 16. 11. Salutate eos qui sunt ex Narcisi domo, qui sunt
in Domino.

17. Rogo vos, fratres, vt obseruetis eos qui dis-
fensiones & offendicula, præter doctri-
nam quam vos didicistis, faciunt. Huius-

18. modi enim Christo Domino nostro non ser-
uiunt, sed suo ventri; & per dulces sermones
& benedictiones seducunt corda innocen-
tium.

F I N I S.

